

Sigismundus Dei Gratia Rex Polonia Ma,
gus Dux Lithuania, Russia, Prussia etc.
Dominus et Hæres. 1511.

142

Reverende in Christo Pater sincere Nobis dilecte!
Experimur quod controversia, quam Paternitas Reve-
renda Vestra, cum Civitatibus præsertim Elbin-
gensibus, et Gedanensibus habet, nobis non parum
incommoda est, nam multa quæ ad utilitatem
nostram fieri deberent, eadem ipsa controversia sui-
stante distrahantur. Ideoque nobis ita consul-
tam visum est, ut inter Paternitatem Vestram Re-
verendam et Elbinenses primum justitia mediâ,
te controversiam inter vos vertentem sopiamus, et
ideo uti aliis literis eadem scribimus, quid in et
profesto Sancta Princes per Procuratorem suum in
Junibus ac novembris coram nobis compareat, nam
et ejus Parti advene ita mandamus, et nos quod
iustitia soædebit inter vos decernemus. Interea ve-
rò, Paternitas Vestra Reverenda, quieto sit animo,
nec eodem ulla turbatione afficiat, sui facturum
in Complacentiam nostram. Datum in Radom
Feria Sexta proxima ante festum Beatorum Si-
monis ac Jude Apostolorum; Anno Domini,
Millesimo, Quingentesimo, Undecimo. Regni vero
nostri Quinto;

Commissio propria
Regie Majestatis.

1511
Reverendo in Christo Patri
Domino Lucae Episcopo—
Varmieniensi siuevè nobis
dilecto. —